

Respublica namq; per τὸν ἄριστον definitur, ubi tandē ad τὸν κρείττον  
penes quod summa est potestas, sive majestas, pervenitur. 15. Una impe-  
rantium.

Hic itaq; de summa potestate, juribus majestatis est agendū. 16.

Succedūt Subditi, qui majestatem comiter observare tenentur. 17.

Illi in triplici sunt differentia: aut peregrini, aut incola,  
aut veri subditi. 18.

De peregrinis, qui olim hostes, quod plurimum periculi  
ab ipsis metuendum, vocabantur, & incolis queritur, an pro-  
fus repellendi, & si admittuntur, quid juris in Republica posside-  
re debeant. 19. altera pa-  
rentium  
pars, quā  
tres, vel.

Veri verò subditi in primis huc pertinent, cum in illis Rei-  
publicæ fundamentum requiescat. 20. peregrinū  
vel incola

Hinc quot illorum ordines sint: Uti à se invicem diffe-  
rant; quæ studia singulis proposita esse debeant, declarandum. 21. vel veri sub-  
dit.

Apud Gallos olim in sacerdotes & equites distinguebantur. 22.

Hodie in Imperio Romano in Clericos & Laicos, sive  
seculares distribuuntur. 23. hodie sunt  
vel clerici.

Hic dispiciendum, an Clerici potestati humanæ jure exempti  
à Pontificibus, an ipse quoq; Pontifex summus summæ potestati  
sit subjectus. 24.

Seculariū alij sunt Nobiles ut duces &c. alij plebei, ut mē-  
catores, agricole, Opifices &c. 25. vel secula-  
res.

Sed cum magnus civium est numerus, hinc in tribus, clas-  
ses, centurias, decurias, &c. distingvendi: Quo ita magna ci-  
vitas instar minimæ domus regatur, ne multitudo sine ordine  
confusionem pariat. 26.

Partes ita fuerunt Reipublicæ: Jam ij, quorum operâ  
summa potestas vel summus Magistratus in Reipublicæ admini-  
stratione utitur, cognoscendi. 27. Pars impe-  
rans utitur

Non enim princeps omnia obire potest officia, tū quod ad  
omnium officiorum administrationem non sufficit; tum quod à  
nonnullis propter autoritatem retrahitur: Ne ex nimia familia-  
ritate majestas vilescat, & contemptibilis reddatur.

B 2

Sed